



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Joseph patriarcha. Cap[itulum]. xcviij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)



in latinum translata sunt: que vincētius in spe-  
culo ponit. In quibus de aduētu christi et arti-  
culis humanitatis tot et tāta mysteria vaticina-  
ta cōtinentur: vt videātur diuino afflati spīri-  
tu: non futuram prophetiā predictisse: sed trās-  
actam hystoriam tenuisse. Et potissime in hoc  
concordantes: q̄ christus domin⁹ de tribu iuda  
et tribu leui fuerat nasciturus: ipas duas trib⁹  
pre ceteris extollens: et in hoc christo regnuz et  
sacerdotium attribuētes. Neq̄ em̄ arbitrandū  
est tantā diuini spīritus afflationē in reproba-  
tos homines eadem sacramēta sic vnico ore p̄-  
pherantes: potissime mortis tēpore cōcurrisse.  
Omnes autē patriarcbē sicut cum patre isa-  
cob in egypto intrauerūt: sic ibidem vitā finie-  
runt. Ex istis vt dictū est duodecim trib⁹ filioꝝ  
israel dicere sunt: inter quas quīs tribus ruben  
et eo q̄ fuerat primogenit⁹ ceteras dignitate  
precellere debuisset: tamē trib⁹ iuda eius locū  
obtīnuit: et ideo merito regnum accepit: quia  
aperto rub: o mare filijs israel transituris: cum  
ctis intrare dubitātib⁹: p̄ior tribus iuda ma-  
re transiuit: et ceteris transēdī audaciam pre-  
buit. Post hāc fm tribus leui merito preficif:  
quia ipsa sola et oibus diuina vocatione ad sa-  
cerdotiū sublinat. Et quia ex oibus fratribus  
suis leuite separati fuerant: vt de sacrificijs et  
oblationibus ceteroz vitam ducentes forte he-  
reditatis cum alijs non acciperēt: ita q̄ solum  
tribus vndecim remanebāt. Idcirco tribus io-  
seph in duas subdividit: que ex duobus filijs  
effraim et manasse descenderūt: vt numer⁹ duos  
denarius impleret: vt tribus ioseph cui⁹ occa-  
sione ceteris fratribus tāta bona puenerāt: du-  
ppli portione ditaret. Idcirco trib⁹ ioseph iter  
ceteras nō nominat: sed loco eius due trib⁹ vi-  
delicet effraim et manasse surrogātur.

De sancto Ioseph patriarcha. Cap. lxxv.



**I**oseph pa-  
triarca Jacob fi-  
lius et rachele in  
sanctorum patrum

catalogo. Ecclesiastici. xliij.  
et primo Machab. ij. specialiter  
nominat. Qui patri dilectis-  
sim⁹: eo q̄ in senectute ge-  
nitus: cum annorum. lvi. pas-  
ceret gregem: inuidiam fra-

trum suorum incurrit: tum propter familiarem  
patris erga se dilectionē: tum p̄pter somniorū  
narrationem. Uiderat em̄ somnia: q̄ fratru man-  
cipulū suum in agro adoraret: et q̄ sol et luna et  
stelle vndecim se similiter honorarent: quod pa-  
ter exponens ioseph a fratribus p̄dixerat ado-  
randum. Cum igitur a patre in Sichem: vbi  
fratres pascebāt pecora mitteretur: ipsum tu-  
nica calari nudatum deposuerunt in cisternam  
siccā: et deinde consilio iude extractū ismael:

tis triginta argenteis vendiderūt. Tunicā autē  
ipius in sanguine hedi tinxerunt: simulātesq̄  
illum a feris occisum eādē patri miserūt: qui  
ipsum interfectuz existimans inconsolabiliter  
omni tēpore desiebat. Quādiē hō qui et is-  
maelre ioseph i egypto viderūt phuthipha-  
ri eunuchō magistro militie pharaonis. Hic  
habuit vxorem et liberos: nodum em̄ eunuchus  
factus erat. Nam et ioseph postmodū duxit vx-  
orem eius filiam: qui eunuchus factus ad sa-  
cerdotium fuit promotus. Traditq̄ hebrei:  
q̄ ipse phuthiphar vidēs ioseph elegantē emit-  
tum: vt sibi miseretur. Dominus autem custo-  
diens ioseph: adeo illum infrigidauit: vt deus  
ceps tanq̄ eunuchus impotens ad coitum fue-  
rit: propter quod et eunuchus dicitur. Uiden-  
tes autem eum ierophanti arefactum de more  
suo ipsum pontificem heliopulos: que postea  
fuit damiata creauerunt. Phuthiphar autem  
quis cum ioseph peccare non posset: ipsum ta-  
men diligens infantum honorauit: q̄ omni do-  
mū sue illum perfecit. Cum autē vxor eius in-  
tecesset oculos in ioseph: quadam die dum esset  
in camera solus: illa ingressa apprehendit pal-  
lium eius: et cum ad concubitus inuitauit. Sed  
ioseph iratus relicto pallio in manu eius effu-  
git. Illa hō contemptam se videns: in argumē-  
tum fidei retentum pallium: ostendit viro re-  
deunt: accusans ioseph q̄ ipsam voluisset vio-  
lare. Qui verbis vxoris credulos: vincunt ioseph  
tradidit in carcerem regis. Abi etiam post  
dies aliquot retrū sunt a rege princeps pin-  
cernarum et pistozum magister et culpa ipsoꝝ.  
Qui cum ambo nocte vna somnia vidissent: et  
ea ioseph interroganti narrassent: principi pin-  
cernarum qui dixerat se vidisse: q̄ ex vite tritum  
propaginum vvas exprimens in calicem pha-  
raonis poculum regi dabat: exposuit ioseph: q̄  
post dies tres suo fuerat officio reponendus.  
Principi hō pistozum dicenti: q̄ viderat se tria  
canistra panibus referta gestare: anesq̄ ex eis  
comedere: exposuit ipsum post tres dies in pa-  
tribus suspendendus: carnesq̄ eius ab aibus  
lacerandas: que omnia vt predicterat: rei proba-  
uit euentus. Post duos annos vidit pharao  
somnia: q̄ septem boues crasse de fluuio ascen-  
debant: quas sequebātur septem alie macilen-  
te priorum pinguedinem deuorantes. Septem  
quoq̄ spīce plene et vberes pullulabant: quas  
sequebantur alie septē renes et arentes prio-  
rum pulchritudinem absorbentes. Cumq̄ sapi-  
entes egypti somnium regi interpretari nesci-  
rent: ad suggestionem pincerne ioseph recorda-  
ti: pharao ioseph educto de carcere somnium  
retulit: quod ille sibi exposuit. Dicens septem  
annos fertilitatis nimitē in orbe v̄turos: quos  
subsequentur alij septem summe sterilitatis.  
Consultitq̄ regi vt prouideret virū: qui quim-  
tam partē frugum tēpore fertilitatis in hoz



reis congregaret: et tempore future postmodum famis referuaret. Rex ergo miratus in ioseph somnū solutionem: et consilij discretionem commisit ei huiusmodi dispensationem: facies eum totius egypti ducem et principem cum esset annorum triginta. Primo igitur et fertilitatis anno venit ioseph ut congregaret frumenta in fines heliopolios: id est damiate: et diuertit ad domum phuthipharis: qui ipsum emerat: et prodolum vxoris carcerauerat: qui princeps et sacerdos regionis Heliopoleos factus fuerat. Huius filiam asenmēch virginem dedit pharao ioseph in vxorem: ex qua nati sunt sibi duo filij Manasses et Effraim priusque anni fertilitatis venirent. Transactis igitur annis vbertatis et grano collecto: venerunt anni inopie: et ceperunt: tam egyptiorum: que aliarum prouinciarum populū cōcurrere ad ioseph pro frumentis emendis: vnde et exinde infinitam pecuniam congregavit et in arcis regis reposuit. Inter hec venerunt in egyptum de terra chanaan. et fratres ioseph: beniamin cum patre relicto: pro frumentis emendis: qui ad ioseph intrantes eum adorauerunt: quibus ille cognitis durius locutus est: dicens eos exploratores esse: eosque diebus aliquibus in vinculis mancipauit. Illi vero se excusantes omnem suam progeniem narrauerunt: et inter alia fratrem alium beniamin domi relictum se habere dixerunt. Quod ioseph audies symeonē detinuit: ceteros quoque cum cibis dimisit: iurans quod fratrem illorum nunquam dimitteret: nisi beniamin sibi adducerent: ut sic illos verum dixisse comprobaret. Qui rediētes omnia patri narrauerunt: et eum noua tristitia afflīxerunt. Consumptis ergo triticis de mandato patris iterum pro alijs emendis in egyptum descendunt: et quis dudum iacob recusante beniamin secum adducunt: venientesque ad ioseph eum adorauerunt: et beniamin sibi presentauerunt: et munera secum delata obtulerunt. Quos ille ad conuiuium inuitauit et symeonem eductum cum fratribus discumbere fecit. Factoque mane dispensatori suo mandauit: ut eis frumentum tribuatur: sciphumque sibi in sacco iunioris abscondat. Quod cum factum esset: et illi de ciuitate exissent: fecit eos insequi et teneri eo quod sciphum prius captis rapuissent. Quod dum negarent: et apertis sacco omnibus granū effusum esset: repertus est sciphus in sacco beniamin: illique oēs vinciti ad ioseph reducti sunt. Eū autē eos ioseph de commissio furto duri increparet et solū beniamin vti culpabilē ceteris dimissis in seruū retinere velleret: iudas propius accedens: eidē cum lachrymis exposuit: qualiter puerū a patre in fidē suam susceperat: et pro puero miam postulabat: supplicās illū ad patrem remittendū: et se loco pueri in seruitiū detinendū. Ioseph ergo se amplius cohibere non valēs: assensit oibus et iectis se cum lachrymis fratribus innotuit oēsque sibi cum ample-

ribus reconciliauit: datisque muneribus ad patrem remisit: eumque cum omni familia et facultatibus ad se deferendū mandauit. Qui festināter ad patrem redierunt: et sibi per ordinē cuncta rettulerunt. Audiens autem iacob quod ioseph filius eius viueret: et totius terre egypti dominator eēt: quasi de graui somno euigilas deū benedixit. Quē dñs per visionē confortauit. Qui mox surgēs. ii. anno famis cum vniuersa familia in egyptum descendit. Fueruntque anime. lxx. numero ipso et ioseph cum duobus eius filiis computatis. Pharao igitur benignissime iacob senē annorum. cxx. suscepit et ab eodē benedicti voluit: deditque et filiis suis terrā gessen vberriam ad habitandum. Sicque occasione ioseph iacob et filij eius omnibus bonis egypti locupletati sunt. Sepellitque ioseph patrem suū defunctū: ut supra dictū est in sepulchro patrum suorum in hebron. Erat autē ioseph annorum. cxx. quādo iacob in egyptum intrauit vbi et annis. lxxv. superuixit. Sicque ioseph annos etatis sue. lvi. agebat decedere genitore. Quo mortuo superuixit annis. lliij. et vidit filios effraim in tertiam generationem: filij quoque machir filij manasse nati sunt in genibus ioseph. Oblitusque omnium malorum que fecerant ei fratres sui mortuo patre eos benigne pertractauit: et peditibus ac possessionibus ditauit. Et ad extrema deueniēs fratribus predixit: quod de eos visitaret: et ad terrā pro qua patribus suis iurauit illos reduceret. Adiuans eos: ut ossa sua tunc ex egypto trāsferrēt: et in paterno tumulo sepelirēt. Dormiuisset ioseph cum esset annorum. c. et conditus aromatis reseruatus est in loculo in egypto. Nec de libro geni. c. lxxvij. vsque ad finē: et ex alijs voluminibus quibus supra.

De sanctis Effraim et manasse. Cap. lxxvij.

**E**ffraim et manasses patriarche filij ioseph fuerunt: qui tribuum eius in duas subdiviserunt. Quorum primogenitus manasses anno. cxxij. etatis ioseph. ij. genitū hō effraim anno. cxxv. eiusdem etatis natus est. Effraim autē minor manasse maior prelarus est: quod semē eius magis excreuit: et populi multitudinem: et regni dignitate. Nam regno israel in duo diuiso: tribus effraim caput. et tribuum fuit cuius regni samaria in ipsa tribu posita ciuitas regalis multo tempore claruit: unde et cum iacob mortui appropinquaret: ioseph filius suus manassem et effraim ad eum adduxit: ut antequam decederet filiis suis benedictionem daret. Applicāscos illos ad iacob manassem primogenitū posuit ad dexterā patris: effraim hō minorē ad sinistrā: cupiens ut pater maioris dexteram: minoris hō sinistram super caput poneret. Iacob hō qui tā oculis caligauerat: nec luminibus corporis nepotes videbat: spiritu tamen futura precidēs manus cancellauit: et super caput effraim dexterā: super caput hō manasse si-